

2493

Illustrissime Domine - Provinciale Synodum  
Capuanam, quae ab Ill. ma Amplitudine Vestra,  
adhibitis comprovincialibus Episcopis celebrata fuit,  
Ill. mi Praesides (Principes?), Sacri Concilii Tridentini  
Interpretes, diligenter recognoverunt, atque, ubi opus  
esse duxere, emendaverunt atque aptaverunt. - Nunc  
igitur eam ad Ill. mam Amplitudinem Vestram  
remittimus, ut pro muneri sui officio, quamprimum  
fieri poterit, edendam et sedulo in <sup>sua</sup> Ecclesia  
totaque provincia observandam curet, ut egregiae  
suae operae ac industriae pique laboris fructus (f. 173<sup>v</sup>),  
quos sibi initio proposuit, uberius in dies, adin-  
vante Domino percipiat. Quod ut cumulate et  
quam celerrime fiat, nos summi precibus a divina  
benignitate contendimus.

Amplitudines Vestrae Ill. ae manus parofficiose  
deorulamur et eidem nos humillime commendamus.

Romae, die XVIII Junii MDCIII

---

Archiv. Capitulum S. Congr. Concilii. Lib. litter. Congr.

IX (1598-1606) f. 173<sup>r</sup> et 173<sup>v</sup>.